

# LATINSK LÆSEBOG FOR BEGYNDERE,

MED ET SCHEMA OVER FORMLÆREN,

UDGIVEN AF

KRISTIAN MIKKELSEN,  
Adjunct ved Roskilde Knædelskole.



KØBENHAVN.

GYLDENDALSKE BOGHANDELS FORLAG (F. HEGEL & SØN).

GRÆBES BOGTRYKKERI.

1878.

## FORORD.

---

Enhver, der har været Lærer i Latin i Elementar-classerne, ved af Erfaring, hvor lidet vækkende eller rettere ligefrem trættende det er for Eleverne i et helt Aar eller endnu længer at beskæftige sig med Læsningen af de enkelte løsrevne Sætninger, ved Hjælp af hvilke Formlæren indøves. Aldeles at undvære disse og strax at begynde paa sammenhængende Smaastykker er nu desværre ikke let muligt, da Talen er om et Sprog, hvis Ordstof og Bøjning er saa forskjellig fra Modersmaalets. Men at foretage en Indskrænkning i Mængden af saadanne Øvelsesexempler ligger vel indenfor Mulighedens Grænse, naar man samtidig indskrænker det grammatiske Stof til det allernødwendigste og vel at mærke lader Eleverne grundig tilegne sig dette. Denne Betragtning har været en bestemmende Grund for mig til Udgivelsen af nærværende lille Læsebog, hvis første Afdeling, der bestaar af Øvelsesexempler, i Størrelse svarer til næppe Halvdelen af den hos os hyppigst brugte latinske

Læsebog (Forchlhammers) for Begyndere og uden Besvær vil kunne gjennemgaas i Løbet af tre til fire Maaneder.

En anden Tilskyndelse har jeg haft i den Omstændighed, at baade jeg og andre Lærere have følt, hvor stort Besvær det volder Eleverne at begynde paa Forfatterlæsning umiddelbart efter Læsningen af Øvelsesexemplerne. Grunden hertil er naturligvis en Forening af flere sammenstødende Omstændigheder, navnlig den mere indviklede Sætningsbygning i Forbindelse med Sammenhobningen af ukjendte og tildels vanskelige syntaktiske Phænomener og endelig Mængden af nye Glosser. Paa denne Mislyghed har jeg troet at kunne raade Bod ved at lade Eleverne, førend de begynde paa Læsningen af Forfatterne, læse en let og ikke for kort Fremstilling af et historisk Stof. I denne, der udgjør Bogens anden Afdeling, har jeg bestrebt mig for at gjøre Sætningsbygningen simpel og klar og kun at anvende faa og lette syntaktiske Regler, ligesom ogsaa de nye Glosser i Begyndelsen indskrænke sig til enkelte uregelmæssige Verber og dernæst tiltage jævnt i Antal. Det valgte Stof giver et ikke ringe Forraad af almindelige Ord, men danner særlig en naturlig og let Overgang til Læsningen af den Classiker, - Eleverne i Reglen først faa i Hænde, nemlig Cæsar.

Naar jeg til Læsebogen (og Glossariet) har føjet et Schema over Formlæren, der kun er bestemt til at bruges det første Aar, og desuden de faa syntaktiske Regler, der

komme til Anvendelse i Bogen, er dette sket i den Hensigt at lette Eleverne ved at give dem det nødvendige grammatiske Stof i en kort, bestemt og let overskuelig Form. Om end Bogen herved er voxet i Størrelse, tror jeg dog, at dette opvejes ved dens forøgede Brugbarhed, saa meget desto mere, som jeg ved, at jeg herved har efterkommet et Ønske, der næres af flere, og desuden Prisen paa Bogen langtfra er voxet i samme Forhold.

Jeg skal fremdeles tilføje, at jeg baade ved Udarbejdelsen af de til den sammenhængende Læsning stadig forberedende Øvelsesexempler og ved Tilføjelsen af den givne Oversigt over det i Læsebogen efterhaanden indvundne grammatiske Materiale væsenlig har fulgt samme Princip for en Forbindelse af analytisk og synthetisk Sprogundervisning, som ligger til Grund for Professor Pios Lærebog i Fransk for Begyndere (se Fortalen til anden Udgave af denne Bog).

Paa Grund af forskjellige uheldige Forhold, under hvilke Correcturen besørgedes, er der i Oversigten over Formlæren indløbet et Par højest beklagelige Fejl. Jeg anmoder derfor indstændig enhver Lærer om, før Bogen takes i Brug, at lade Eleverne rette disse Fejl, der ere angivne paa Trykfejlslisten.

Til Slutning skal jeg blot meddele, at jeg efter at have udarbejdet min lille Bog har forelagt den for de

Herrer Rector *Blichert* og Prof. Skolebestyrer *Pio*, der  
have gjennemset den og billiget dens Plan. Til begge de  
nævnte samt de Herrer Overlærer *Fritzsche* og Adjunct  
*Glahn* utdaler jeg min hjærteligste Tak for deres Raad og  
Hjælp i stort og smaat.

Roskilde i Juli 1878.

Kristian Mikkelsen.

---

**Substantiverne og Adjectiverne af første og anden  
• Declination.**

**A. (Formlære. § 1. Synt. Regl. I.)**

Aqva. — Coenae. — Amicitiis. — Iram. — Pugnas.  
— Riparum. — Vita beata. — Gloriam Italiae. —  
Lingvas bestiarum. — Fugae foedae. — Orae terra-  
rum. — Forma nota litterarum. — Fama victoriae  
novae. — Via angusta insulae parvae. — Silvas magnas  
et pulchras patriae.

Venskaber (*Acc.*). — En smuk Sejr (*Abl.*). — Be-  
kjendte Øer (*Dat.*). — Fædrelandets Vrede (*Dat.*). —  
Dyrenes Kamp (*Acc.*). — Kysternes store Skove (*Nom.*). —  
Det lille Lands nye og smukke Veje (*Abl.*).

**B. (Forml. § 2.)**

Annos opportunos. — Servo fido. — Domine bone  
et juste! — Animus humanus viri. — Eqvi albi et  
nigri. — Agris pulchris et fecundis Siciliae. — Mag-  
istrum justum puerorum pigrorum. — Socii cauti po-  
populi miseri. — Consilium malum. — Stellae coeli. —  
Beneficia populi Romani. — Numerum exiguum prae-

miorum. — Periculi occulti. — Bellis feris et cruentis.  
— Damno magno amici cari.

En hvid Hest (*Acc.*). — Kjære Ven! — Trofaste  
Forbundsfæller (*Acc.*). — En god og smuk Slave (*Dat.*) —  
Den ulykkelige Lærers lille Mark (*Abl.*). — De sorte  
Mænds hemmelige Planer (*Nom.*). — De vilde Folks  
blodige Krige (*Acc.*). — Store Velgjerningers ringe Antal  
(*Nom.*).

### C. (Forml. § 3.)

Agricola parce! — Collega fidus scribae avari. —  
Miseros incolas oppidi parvi. — Vallum et fossa  
castrorum. — Liberi pulchri nautae boni. — Templia  
Syracusarum. — Libros poëtarum bonorum. — Odium  
populi liberi.

Trofaste Digter! — De gode Landmænds frugtbare  
Marker (*Nom.*). — Forbundsfællernes store Lejr (*Acc.*). —  
De ulykkelige Landmænds smaa Børn (*Abl.*). — Gode  
Bøger (*Dat.*). — Frie Mænd (*Acc.*).

### Verberne af første og anden Conjugation.

#### A. (Forml. § 12 a. Synt. Regl. II, III og IV a.)

Vinum amatis. — Magnae bestiae parvas devo-  
rant. — Servi non militabant. — Bellum renovabimus.  
— Servus otium laudat, dominus negotium. — Poëtae  
claro mensam pulchram donavisti. — Puer magistrum

interrogaverat. — Romani totam prope Hispaniam  
occupaverunt. — Luxuria animos Romanorum debili-  
tavit. — Dei servum amabunt, si dominum liberaverit.  
— Fugemus dominos et tyrannos, servi! — Utinam  
fortuna Romanis magnam praedam donavisset. — Pug-  
nate, viri, et patriam liberabitis. — Pueri pericula  
vitanto! — Miseros servare animos bonorum virorum  
delectat. — Orae Italiae vastantur. — Servi raro  
armabantur. — Multa negotia legatis mandabuntur.  
— Etiam socii superati sunt. — Templa deorum nondum  
aedificata erant. — Utinam ne fortuna mutaretur. —  
Injusta judicia vituperantor! — Dei patriam vexatam  
servaverunt.

I dadle de dovne Drenge. — Romerne bevæbnede  
ikke Slaverne. — Forbundsfællerne ville besætte de smaa  
Øer. — Du har befriet Fædrelandet, Slave. — Lader os  
skjænke Indbyggerne Markerne! — Gid han havde skyet  
Faren. — Spørg Lærerne, Dreng! — Du skal elske  
Guderne! — Retfærdige Domme roses. — Mange Templer  
ville blive byggede. — Bevæbnede Sømænd ødelegge  
Kysterne. — Bliver roste, Børn!

#### B. (Forml. § 12 b. Synt. Regl. V.)

Terra aqvam praebet. — Mala dona nocent. —  
Convivia domini severi servis vix placebant. — Ele-  
phantii Romanos terrebunt. — Tum Graecia floruit. —  
Populus tribunos creavit. — Pauca bona habueratis. —  
Utinam ne sociis gratiam deberemus. — Taceto et

pareo! — Pueri debent magistros justos habere. — Amicus fidus semper appellatur, non semper habetur. — Magna pecunia amico debebatur. — Eqvi territi erant. — Servus monendus est.

Markerne blomstre. — I have behaget mange Mænd. — Herren havde anset Slaven for tro. — Lader os yde de ulykkelige Penge. — I skulle tie. — Tyranner anses for uretfærdige. — Børnene ere blevne forskrækkede. — Gid Tribunerne vare blevne valgte.

### Verbet sum og Sammensætninger.

#### A. (Forml. § 11 a. Synt. Regl. VI og IV b.)

Aurum et argentum et ferrum metalla sunt. — Forum mox vacuum erit. — Verba foeda servis apta erant. — Morbus periculosus fuit feminae. — Fueratis invidi et infidi. — Simus industriae, puellae! — Utinam cibi populi boni essent. — Este grati! — Gladii acuti sunto!

Tyranner have været og ere og ville være ulykkelige. — Maaltidet var passende for en sparsommelig Mand. — Gid Aaret havde været gunstigt for Landmændene. — Vær trofast, Tjenestepige!

#### B. (Forml. § 11 b.)

Heri afuisti, hodie ades, cras rursus aberis. — In honestum est amicis deesse. — Libero populo ty-

rannus praeesse non potest. — Utinam miseris producisse potuissemus.

Læreren var tilstede, (men) Drengene vare borte. — Det er smukt at hjælpe ulykkelige Kvinder. — Gid vi kunde frelse Fædrelandet. — Forbundsfællerne ville svigte det frie Folk.

### Præpositionerne.

(Form. § 14. Synt. Regl. VII og VIII.)

Imploremus praesidium sociorum adversus latrocinia mercenariorum. — Ante silvam campus latus erat. — Post triumphum invidiam evitare non potuisti. — Ad arma populum voca! — Servi frumentum ad dominum portaverunt. — Vir necatus ex foro in curiam portatus est. — Columbae in columbario habitant. — Oppidum non procul a castris afuit. — Telum de muro praeter oculos legati inculti volavit. — Praeter filios etiam filia affuit. — Non sine causa viro inviso et cupido auxilium negavisti. — Romani et Poeni de imperio dimicabant. — Pueri cum magistris coenant. — Ancilla timida a servo terretur. — Elephanti telis territi sunt.

Den tro Forbundsfælle kaldte Romerne fra Sicilien til Africa. — Slaverne blev kaldte til Vaaben. — Lejren var ikke langt fra Byen. — (Der) var Volde og Grave om Lejren. — Landmændene havde bragt Kornet fra

Byen til (ind i) Lejren. — Han spurgte Vennen om Tabet. — Romerne svækkede Sjælene ved Overdaadighed. (*Forandres til Passiv.*) — Pøerne ere blevne overvundne af Romerne.

---

### Substantiverne af tredie Declination.

#### A. (Forml. § 4 a—e.)

Calor solis meridiani magnus est. — Arbor alta oratori umbram praebuit. — Non modo oratio egregia, sed etiam sermo jucundus animum delectat. — Mala consuetudo vituperanda est. — Filii patribus parere debent. — Magister pueris fabulam de milvo et accipitre narravit. — Mores hominum ferorum non sunt laudandi. — Colores florum varii sunt. — Multitudo vocum virginem excitavit. — Phoenices mercatura et navigatione Graecos antea superaverant. — Judices justi justas leges amant. — Legati Ciceronem terrebant.

Brogede Farver glæde Børns Øjne. — Cicero's Taler ere udmærkede. — De høje Træer og de smukke Blomster ville glæde de ulykkelige Mennesker. — Kongen elsker behagelige Samtaler. — Gode Jomfruers Sæder bør roses.

#### B. (Forml. § 4 f—i.)

Apud antiquos populos Mars in magno honore erat. — Pavo avis Junonis deae erat. — Arx hostium expugnata est. — In monte propinquo erant multi et magni fontes. — Clades et peditum et eqvitum

magna fuit. — Romani fretum Hispaniae columnas Herculis nominabant. — Fertilitas vallis parvae mira est. — Verae virtutis praemium aeqvus animus est. — Juventus et senectus partes aetatis sunt.

Fjendernes Fodfolk og Ryttere havde besat den snevre Dal og de nærliggende Bjerge. — forbundsfællernes Nederlag var farligt for det lille Folk. — Store Dyder bør roses. — Delenes Antal er stort. — Mange Borge ere blevne stormede af Fjenderne.

#### C. (Forml. § 4 k og l.)

Milites ante pugnam corpora curabant. — Frigus et animalibus et arboribus nocet. — Multa sunt genera bestiarum. — Navis ex mari in flumen navigabit.

I Havet er (der) mange Arter af (*udtrykkes ved Genitiv af det følgende Ord*) levende Væsener. — Menneskene elske ikke Kulde. — Skibene ville sejle fra Floden ud i Havet.

---

### Adjectiverne af tredie Declination.

#### (Forml. § 7.)

Dolores agricolae acres fuerunt. — Mors celeris bonum est. — Omnes fere notae gentes in armis fuerant. — Nox obscura classi Carthaginiensium utilis erat. — Sine forti imperatore milites fortes inutilis sunt. — Poena praedonum infamum singularis fuit. — Apud Romanos aqvila signum militare erat. — Gravionere eqvus non delectatur. — Canes sunt saepe prou-

dentes. — Post atroces pugnas pax aeqva impetrata est. — Servus vulneratus regi necem ducis audacis nuntiavit. — Audacia consilia non semper prudentia sunt.

Smerten er heftig. — Et hurtigt Raad vil være nyttigt. — Alle Lande og alle Have adløde Romerne. — Fædrelandet er blevet befriet af den kjække Anfører. — Ikke alle Menneskers Død er smuk. — Legemets Byrde var tung for den saarede Soldat. — Sønnens gruelige Død var blevet meldt Faderen.

### Substantiverne af fjerde og femte Declination.

(Forml. § 5 og § 6.)

Potentia senatus Romani magna fuit. — Prosper bellum exitus exercitui debetur. — Luscinia omnes alias aves cantu superat. — Novis casibus nova consilia apta sunt. — Manus et genua dolent. — Domini magnarum domuum superbi sunt. — Omnes bonam spem habent. — Tumultus sociorum rei publicae periculosi sunt. — Longi dies jueundi, breves injucundi sunt.

Hærenes Nederlag skyldes Anførernes Planer. — Knæt smertede. — Det lille Huses Herre har frelst den romerske Afsending. — Tingenes Udfald har vakt nye Forhaabninger. — De lange Dages Antal er ringe.

### Fabula de columbis incautis.

Milvus columbas semper terruit. Tum columbae praesidium accipitris imploraverunt. Accipiter jam in columbario habitavit et milvum fugavit, sed post paucos dies omnes columbas devoraverat. Malus eventus consilio malo debetur.

### Adjectivernes Comparation.

A. (Forml. § 8 a.)

Viri cautores quam pueri sunt. — Cato justissimus omnium Romanorum habebatur. — Caesar felicior dux quam Pompejus fuit. — Proelio atrocissimo olim interfui. — Pax civibus utilior quam bellum est. — Servus Graecus onus levissimum portavit. — Consilium amici prudentius fuit. — Romani potentissimi omnium populorum fuerunt.

Romerne besatte et højere Bjærg. — Siciliens Marker ansaas for de frugtbareste. — Soldaterne vare dristigere og kjækkere end Anførerne. — Romerne vare mægtigere end alle de græske Folk. — En meget klog Slave har frelst Herren.

B. (Forml. § 8 b.)

Templa pulchriora quam domus erant. — Uxor militis miserior quam liberi sunt. — Laudo exitum

belli prosperrimum et pulcherrimum. — Dolor militis acerrimus fuit. — Facillima res legato mandata est.

Havet er smukkere end Floden. — Døden er ikke altid elendigere end Livet. — Det romerske Folk var det mægtigste, men ikke det frieste. — Et meget vanskeligt Hvert blev overdraget den romerske Afsending.

### C. (Forml. § 8 c.)

Roma major urbs qvam Carthago fuit. — Pulchritudo animi melior est qvam corporis. — Sullae multum debetis, sed plurimum servis Sullae. — Pessimi homines optimos vituperant. — Plures sunt homines miseri qvam beati. — Superior pars montis silvestris, inferior nuda est. — Proximae insulae maximae sunt.

En tro Slave er bedre end en troløs Ven. — En Konge kan mere end en Konges Ven. — Grækenlands Floder ere mindre end Italiens. — Carthago var en meget stor By. — Mændene vare i den ydre, Kvinderne i den indre Del af (*udtrykkes ved Genitiv*) Huset. — Hæren var ikke langt fra det nærmeste Hav.

### Talordene.

#### (Forml. § 9.)

Tria nomina urbi sunt. — Qvattuor sunt tempora anni: hiems, ver, aestas, auctumnus. — Homini

triginta duo dentes sunt. — A nece Caesaris ad mortem Tiberii fuerunt anni septuaginta unus. — In portu erant ducentae naves. — Duo millia peditum et mille eqvites a proelio afuerunt. — Tarqvinius septimus Romanorum rex fuit. — Annus trecentesimus nonagesimus infelix Romanis fuit.

Mennesket har to Hænder. — 1332 Skibe og 90,000 Soldater havde været tilstede. — Fra den første til den tredie Krig var (der) 48 Aar. — Den enogtyvende Tale er den smukkeste. — Aaret 479 er meget bekjendt.

### Pronominerne.

#### A. (Forml. § 10 a—d. Synt. Regl. II og IX.)

Ego et amici mei vobis pecuniam debuimus. — Pater noster tibi et sorori tuae multum profuit. — Amicus fratum vestrorum corpus suum laboribus debitavit. — Haec mater sibi nocuit. — Consules illius anni ipsi summi imperatores fuerunt. — Is et filius ejus eandem mulierem amaverunt. — Aliis placet hoc vinum, aliis non placet. — Alter consul hostes fugavit, alter necatus est.

Du og din Søster have været ulykkeligere end vi. — Eders Broders Ven har skyldt os Penge. — Disse Mødre behage sig (selv). — Denne Krig er større end hin. — Kvinden selv og hendes Søn kæmpede med Fjenderne. — En anden roste de samme Søstres Broder. — Et Tab er

stort, et andet lille. — Den ene Byrde er tung, den anden let.

**B.** (Forml. § 10 e—h.)

Alexander, qvi Magnus appellatur, filius Philippi fuit. — Miseri sunt ii, qvos nemo amat. — Cui placet illa mulier? Nemini nostrum. — Quid pulchrius est qvam virtus? Nihil. — Qvod onus levissimum est? — Utrum vestrum amat ancilla? — Nulla civitas potentior fuit qvam Romanorum. — Num qvemq; deus magis amavit qvam me? — Nonne aliquis vestrum affuit, pueri? — Bestiae qvaedam ferae sunt. — Utraque soror me amat, sed ego neutram amo. — Qvot homines, tot sententiae. — Qualis dominus, tales servi.

Du elsker den samme Kvinde, som jeg elsker. — Faren, som I sky, er mindre end de, som vi have skyet. — Hvem har skadet dig? Alle Mennesker. — Hvem har du skadet? Ingen. — Intet Navn er smukkere end din Moders. — Hvilken Vin er bedst? — Hvad forærede mine Søstre dig? — Hvem af os to elsker du? — Mon vel nogen Krig har været grueligere? — Begge Consulerne havde været tilstede. — Mit Hus er saa stort, som dit har været.

**Fabula de pavone invido.**

Pavo olim Junonem deam sic interrogavit: «Cur mihi, tantae et tam pulchrae avi, cantus donum negavisti lusciniaeque donavisti, qvam ego aliis omnibus vir-

tutibus supero?» Tum dea invidiam ejus his verbis vituperavit: «Non sine causa lusciniae donavi, qvod tibi negavi. Nam unus non omnia bona habere debet. Tu lusciniam pulchritudine superas, illa te cantu.»

**Verberne af tredie og fjerde Conjugation.**

**A.** (Forml. § 12 c med Anmærkning. Synt. Regl. X.)

Rex urbem muro cingit. — Quid dicunt de ea re scriptores Romani? — Appius consul exercitum adversus hostem ducet. — Socii infidi iram deorum metuebant. — Cicero, orator clarissimus, librum de senectute scripsit. — Utinam pater ante mortem regnum inter fratres divisisset. — Difficile est animum suum regere. — Portae urbis claudentur. — Ludamus, pueri! — In illo viro justitia atque prudentia cum fortitudine conjunctae erant. — Pacem faciamus, cives! — Dux noster naves praedonum dolo cepit. — Magna caedes facta est. — Fulmen in mare jactum erat.

Hin Forfatter skriver mange Bøger. — Lader os forene vore Hære. — Hvad ville Lærerne sige? — I have styret Staten. — Det er ikke let at omgive en stor Stad med Mure. — Guderne frygtes af Menneskene (*Forandres til Activ.*) — Alle Hayne vare lukkede. — Soldaterne kaste mange Spyd. — I ville ikke kunne slutte Fred uden Tab. — Hin By vil blive taget.

**B.** (Forml. § 12 d.)

Non audis serve? dormis? — Nihil sciebamus. — Consul mox bellum finiet. — Romani oram viginti navibus custodiverant. — Servus domino obedivit. — Milites castra muniunto! — Puerum pigrum debes punire. — Captivi custodientur. — In ore sita est lingva, finita dentibus. — Audiendi sunt omnes testes.

Slaverne vide intet. — Børnene ville adlyde Læreren. — Soldater bevogtede de sovende Kvinder. — Gid jeg havde vidst dette. — Jeg kan ikke høre Talerens Stemme. — Krigen endtes af Consulen ved en gunstig Fred. — I have meldt Kongen Hærens Nederlag. — Drenge, der ikke kunne styres, bør straffes.

**Deponente Verber.**

(Forml. § 13.)

Consul in castris versatur. — Plus pollicemini, quam ego a vobis postulo. — Duces ante pugnam milites hortabantur. — Numquam mentietur filius meus. — Exercitum hostium agros nostros populatum consul inclusit et elabi conantem cepit. — Dei venerandi sunt.

Du lyver, Slave. — Jeg vil intet love. — I have tilbedt Guderne. — Fangerne vare undslupne. — Fjendens Marker bør plyndres.

**Adverbier.**

(Forml. § 15.)

Non omnes judices severe judicant. — Bene et prudenter dixisti. — Fortiter et audacter pugnemus, milites! — Hostes alii facile, alii difficulter superabuntur. — Hoc bellum celeriter, sed illud celerius finitum est. — Nautae prosperrime navigaverunt. — Latium hostes quam antea agros populati sunt. — Pesime fecistis.

I kæmpede godt og heldig. — Hine Mænd have handlet slet. — Denne Fjende vil vanskeligere blive overvundens end hin. — Vi sejle hurtigst. — Du havde styret Skibet meget let. — Cicero har talt særdeles godt.

**De bellis Punicis liber.**

I.

(Synt. Regl. XI, XII, XIII.)

Clarissimi hostes Romanorum sine dubio Carthaginenses fuerunt. Carthaginem urbem Phoenices in ora Africæ anno fere nongentesimo condiderant<sup>1</sup>. Ab eo tempore multos annos ille populus mercatura et navigatione floruit<sup>2</sup> atque praeter alias minores insulas

I. <sup>1</sup> condo. <sup>2</sup> floreo.

omnem prope Siciliam magnamqve Hispaniae partem occupavit. Antea pax inter Carthaginienses et Romanos fuerat, sed anno ducentesimo sexagesimo sexto hi, tota Italia domita<sup>3</sup>, ad fretum Siciliae venerant<sup>4</sup>. Jam qvum nulla terra neqve mari dividerentur<sup>5</sup> illi potentissimi populi, et insula illa adeo propinqua fertilitate sua Romanos alliceret<sup>6</sup>, bellum vix evitari potuit. Atqve duobus annis post in Sicilia ipsa congressi<sup>7</sup> sunt. Id ita factum<sup>8</sup> est.

## II.

Mamertini — eo nomine, a Marte deo ducto, appellati sunt mercenarii qvidam Itali, qvi in Sicilia militaverant et in Italiam redeuntes<sup>1</sup> Messanam urbem ceperant — civitates finitimas latrociniis vexaverunt. Hiero, rex Syracusanorum, eos proelio vicit<sup>2</sup> et Messanam obsedit<sup>3</sup>. Tum Mamertini alii ab Romanis, alii ab Carthaginiensibus auxilium petiverunt<sup>4</sup>. Senatus Romanus illos praedones infames juvare<sup>5</sup> noluit<sup>6</sup>, sed consules, gloriae militaris cupidissimi, populum rogaverunt. Is, qvod metuebat<sup>7</sup> Poenos — ita enim Romani Carthaginienses nominare soliti<sup>8</sup> sunt — neqve Messanam iis tradi<sup>9</sup> patiebatur<sup>10</sup>, consules jussit<sup>11</sup> exercitum in Siciliam ducere. Interim praesidium Punicum arcem Messanae occupaverat, Hieroqve cum Mamertinis fecerat

<sup>3</sup> domo. <sup>4</sup> venio. <sup>5</sup> divido. <sup>6</sup> allico. <sup>7</sup> congregior. <sup>8</sup> fio.

II. <sup>1</sup> redeo. <sup>2</sup> vinco. <sup>3</sup> obsideo. <sup>4</sup> peto. <sup>5</sup> juvo. <sup>6</sup> nolo.

<sup>7</sup> metuo. <sup>8</sup> soleo. <sup>9</sup> trado. <sup>10</sup> patior. <sup>11</sup> jubeo.

pacem. Sed primum Messana dolo in potestatem Romanorum venit, deinde qvum et Hiero et Poeni eam obsiderent, Romani, freto trajecto<sup>12</sup>, utrosqve vicerunt<sup>13</sup>. Ita bellum Punicum primum anno ducentesimo sexagesimo qvarto ortum<sup>14</sup> est.

## III.

(Synt. Regl. XIV.)

Romani adversus urbem Syracusas iter fecerunt Hieronemqve coegerunt<sup>1</sup> pacem secum facere, qvi usqve ad mortem fidus eorum socius mansit<sup>2</sup>; deinde celeriter et facile maximam insulae partem Poenis, qvi ibi valde invisi erant, eripuerunt<sup>3</sup>. Sed qvum nulla iis classis esset, hostis oram Italiae populatus est urbiumqve mercaturam delevit<sup>4</sup>. Itaqve centum triginta naves longas aedificaverunt. Duillius consul, qvi illi classi praererat, adversus classem Poenorum prospere pugnavit primusqve omnium Romanorum ducum triumphum navalis victoriae egit<sup>5</sup>, qvare etiam singularis ei honor habitus est.

## IV.

(Synt. Regl. XV og XVI.)

Postea Romani, ut celerius debellarent, etiam majorem classem cum exercitu in Africam miserunt<sup>1</sup>. Regulus consul, classe Poenorum victa<sup>2</sup>, exercitum

<sup>12</sup> trajicio. <sup>13</sup> vineo. <sup>14</sup> orior.

III. <sup>1</sup> cogo. <sup>2</sup> maneo. <sup>3</sup> eripio. <sup>4</sup> deleo. <sup>5</sup> ago.

IV. <sup>1</sup> mitto. <sup>2</sup> vinco.

Latinsk Læsebog f. Beg.

prope ipsam hostium urbem fugavit. Tum illi, magno tumultu Carthagine orto<sup>3</sup>, pacem a Regulo petiverunt. Sed qvum aeqvas condiciones impetrare non possent, fortunam belli rursus experiri<sup>4</sup> maluerunt<sup>5</sup>. Jam iis secunda fuit: Xanthippo Lacedaemonio duce Regulum non modo vicerunt, sed etiam ceperunt. Non multo post, qvum rursus cladem accepissent<sup>6</sup>, Regulum Romam miserunt<sup>7</sup>, ut de pace ageret<sup>8</sup>. Is qvum Romae in senatu exposuisset<sup>9</sup>, qvod ei mandatum erat, ipse de ea re interrogatus est. Sed pacem dissvasit<sup>10</sup>, qvod eam hostibus utiliorem qvam civibus ducebatur<sup>11</sup>. Itaque negata est, et Regulus Roma Carthaginem revertitur<sup>12</sup>. Nam jurejurando astrictus<sup>13</sup> erat. Poeni ira incensi<sup>14</sup> eum crudelissime necaverunt, si qvidem Romani scriptores verum tradiderunt<sup>15</sup>.

## V.

(Synt. Regl. XVII.)

Bello deinde in Sicilia renovato, Romani Metello duce ad Panormum magnam cladem Poenis intulerunt<sup>1</sup>. Nam tredecim duces hostium et centum viginti elephanti capti sunt. Eam victoriam foeda clades mox secuta<sup>2</sup> est. Consul Claudius Pulcher, filius noti illius Appii

<sup>3</sup> orior. <sup>4</sup> experior. <sup>5</sup> malo. <sup>6</sup> accipio. <sup>7</sup> mitto. <sup>8</sup> ago. <sup>9</sup> expono.  
<sup>10</sup> dissvadeo. <sup>11</sup> duco. <sup>12</sup> revertor. <sup>13</sup> astringo. <sup>14</sup> incendo. <sup>15</sup> trado.

V. <sup>1</sup> infero. <sup>2</sup> seqvor.

Claudii Caeci, Lilybaeum, urbem Siciliae, classe ob-sidebat<sup>3</sup>. Is Punicam classem, qvae non procul aberat, temere aggreditur<sup>4</sup>. Sed magno cum dedecore superatur. Nam centum fere naves aut capiuntur aut delentur<sup>5</sup>. Romani arbitrabantur, eum non a Poenis, sed ab ipsis deis victum<sup>6</sup> esse. Nam non modo contra auspicia domo profectus<sup>7</sup> erat, sed etiam pullos saeros merserat<sup>8</sup>, qvod eum cum hostibus pugnare vetuerant<sup>9</sup>.

## VI.

Ea clade industria Romanorum deminuta esse videtur<sup>1</sup>. Nam compluribus annis novas naves pro amissis<sup>2</sup> non aedificaverunt. Poeni contra et mare tenebant<sup>3</sup> et in Sicilia bellum renovaverunt. Ibi Hamilcar, egregius dux eorum, montem qvendam prope Panormum occupavit et prospere cum Romanis aliquamdiu pugnavit. Sed nihil mutabilius esse qvam fortunam belli, mox Poeni rursus senserunt<sup>4</sup>. Nam qvum Romani tandem novam classem aedificavissent eiqve Catulum consulem praefecisset<sup>5</sup>, ad Aegates insulas non procul a Lilybaeo promuntorio hostium classem partim demersit<sup>6</sup>, partim cepit. Eo proelio facto<sup>7</sup>, Poeni rursus pacem petiverunt. Impetrata jam

<sup>3</sup> obsideo. <sup>4</sup> aggredior. <sup>5</sup> deleo. <sup>6</sup> vinco. <sup>7</sup> proficiscor. <sup>8</sup> mergo.  
<sup>9</sup> veto.

VI. <sup>1</sup> videor. <sup>2</sup> amitto. <sup>3</sup> teneo. <sup>4</sup> sentio. <sup>5</sup> praeficio. <sup>6</sup> de-mergo. <sup>7</sup> facio.

est, sed non sine duris condicionibus. Nam Sicilia ceteraeque insulae, quas Romani occupaverant, in eorum potestate manserunt<sup>8</sup>. Praeterea duo millia talentorum iis a Poenis soluta<sup>9</sup> sunt. Ita post certamina viginti quattuor annorum finis bello Punico primo impositus<sup>10</sup> est anno ducentesimo quadragesimo primo.

## VII.

Ilo infelici bello confecto<sup>1</sup>, Poeni, ut damna accepta<sup>2</sup> repararent, majorem etiam Hispaniae partem, quam antea habuerant, occupare constituerunt. Nam terra argenti copia et fortibus incolis excellebat<sup>3</sup>. Exercitum igitur, cui praeerat Hamilcar, eo miserunt. Is, multis gentibus subactis<sup>4</sup>, in bello cecidit<sup>5</sup>. Sed Hasdrubal, gener ejus, imperium Punicum etiam latius extendit<sup>6</sup> et Carthaginem Novam, magnam et opulentam urbem, condidit<sup>7</sup>. His rebus perterriti Romani foedus cum Poenis fecerunt, qui polliciti sunt, Hasdrubalem Hiberum flumen non esse transiturum<sup>8</sup> neque socios Romanorum aggressurum<sup>9</sup>.

## VIII.

(Synt. Regl. XVIII.)

Sed post necem illius imperatoris Hannibal, Hamilcaris filius, qui, in castris patris educatus, ingenti

<sup>8</sup> maneo. <sup>9</sup> solvo. <sup>10</sup> impono.

VII. <sup>1</sup> conficio. <sup>2</sup> accipio. <sup>3</sup> excello. <sup>4</sup> subigo. <sup>5</sup> cado. <sup>6</sup> extendeo. <sup>7</sup> condo. <sup>8</sup> transeo. <sup>9</sup> aggredior.

in Romanos odio flagrabat, a militibus dux creatus est. Is contra foedus Hiberum transiit<sup>1</sup> et Saguntinis, sociis Romanorum, bellum intulit<sup>2</sup>. Ea urbs, quam auxilium a Romanis non mitteretur, octo mensibus post capta est. Interim Romani, legatis Carthaginem missis<sup>3</sup>, poposcerant<sup>4</sup>, ut Hannibal dederetur<sup>5</sup>. Ea re negata, bellum Poenis indictum est. Ita secundum bellum Punicum anno ducentesimo duodevicesimo post pacem viginti trium annorum ortum est.

## IX.

Hannibal, Hasdrubale fratre in Hispania relicto<sup>1</sup>, ut hostem in ipsius terra aggredieretur<sup>2</sup>, exercitum, in quo erant sexaginta millia hominum et triginta septem elephanti, Pyrenaeos montes traduxit. Deinde per Galliam Transalpinam iter fecit Gallisqve fugatis ad Alpes venit<sup>3</sup>, quas numquam antea exercitus transgressus<sup>4</sup> erat. Intrepidus ascendere<sup>5</sup> coepit<sup>6</sup>. Iter laboriosum et pericolosum fuit, atque multos homines omnesque fere elephantos amisit<sup>7</sup>. Sed post quattuordecim dierum labores in eam terram descendit<sup>8</sup>, quae tunc Gallia Cisalpina appellata est, nunc habetur Italiae pars. Ibi ad Ticinum flumen Romani duce altero consule, cui nomen erat Scipio, ab illo fusi<sup>9</sup>

VIII. <sup>1</sup> transeo. <sup>2</sup> infero. <sup>3</sup> mitto. <sup>4</sup> posco. <sup>5</sup> dedo. <sup>6</sup> orior.

IX. <sup>1</sup> relinqo. <sup>2</sup> aggredior. <sup>3</sup> venio. <sup>4</sup> transgredior. <sup>5</sup> ascendo. <sup>6</sup> coepi. <sup>7</sup> amitto. <sup>8</sup> descendo. <sup>9</sup> fundo.

sunt, et ipse dux grave vulnus accepit<sup>10</sup>. Primam cladem altera secuta<sup>11</sup> est ad Trebiam flumen, ubi alter consul, nomine Sempronius, victus<sup>12</sup> est. Haec proelia primo belli anno facta<sup>13</sup> sunt. Jam Galli Cisalpini, qvi paucis annis ante a Romanis subacti<sup>14</sup> erant, ab iis ad Hannibalem desciverunt<sup>15</sup>.

## X.

(Synt. Regl. XIX).

Media hieme Hannibalem Apenninum montem transire<sup>1</sup> conantem primum atrox tempestas, deinde vehemens vis frigoris adorta<sup>2</sup> est, multisqve hominibus jumentisqve amissis<sup>3</sup> redire<sup>4</sup> conatus est. Primo vere rursus ex hibernis profectus<sup>5</sup> est. Jam Apenninum superavit, sed qvum per paludes, qvas effecerat<sup>6</sup> Arnus flumen, iter faceret, praeter magnum numerum hominum jumentorumqve ipse oculum amisit<sup>7</sup>. Mox rursus cum Romanis congressus<sup>8</sup> est. Nam Flaminius consul ei obviam ivit<sup>9</sup>, proeliumqve factum est ad Trasumenum lacum, qvi in Etruria est. Ibi dux Romanus, homo temerarius, contra auspicia Roma profectus, in insidias ab Hannibale illectus<sup>10</sup> est. Iter enim fecit angusta via, qvae inter lacum et montes erat, atqve ita cir-

<sup>10</sup> accipio. <sup>11</sup> seqvor. <sup>12</sup> vinco. <sup>13</sup> fio. <sup>14</sup> subigo. <sup>15</sup> descisco.X. <sup>1</sup> transeo. <sup>2</sup> adorior. <sup>3</sup> amitto. <sup>4</sup> redeo. <sup>5</sup> proficiscor.<sup>6</sup> efficio. <sup>7</sup> amitto. <sup>8</sup> congrederor. <sup>9</sup> eo. <sup>10</sup> illicio.

cumventus<sup>11</sup> est. Romani fortissime pugnaverunt, sed ipse consul cum maxima exercitus parte caesus<sup>12</sup> est. Pauci effugerunt<sup>13</sup> nuntiumqve cladis Romam tulerunt<sup>14</sup>.

## XI.

Ibi primo summus terror tumultusqve ortus<sup>1</sup> est. Exspectabant enim omnes, Hannibalem urbem oppugnaturum esse. Mox vero, animis refectis<sup>2</sup>, Qvintum Fabium Maximum, prudentem et cautum virum, dictatorem dixerunt, neqve Hannibal ausus<sup>3</sup> est ipsam urbem aggredi<sup>4</sup>, sed praeter eam in Apuliam profectus est, ut populos Italos a Romanis abalienaret. Fabius dictator, ne cladem acciperet, noluit<sup>5</sup> acie cum hoste configere<sup>6</sup> sed usqve per juga montium seqvens<sup>7</sup> prudenter cunctatione Hannibalem debilitavit. Is interim agros longe lateqve vastavit, ut Fabium de montibus in campos deduceret, sed spes eum febellit<sup>8</sup>. Qvam-qvam igitur ille summam laudem merebatur, homines tamen, qvod vastationem agrorum aegre ferebant, Cunctatorem cognomen ei dederunt<sup>9</sup>. Inprimis ipse magister eqvitum, Minucius, eum vehementer crimnatus est atqve ita effectit, ut populus dictatorem juberet<sup>10</sup> imperium exercitumqve cum Minucio partiri.

<sup>11</sup> circumvenio. <sup>12</sup> caedo. <sup>13</sup> effugio. <sup>14</sup> fero.XI. <sup>1</sup> orior. <sup>2</sup> reficio. <sup>3</sup> audeo. <sup>4</sup> aggredior. <sup>5</sup> nolo. <sup>6</sup> configlo.<sup>7</sup> seqvor. <sup>8</sup> fallo. <sup>9</sup> do. <sup>10</sup> jubeo.

## XII.

Is Fabii dissimillimus erat, homo temerarius et incautus, id qvod mox apparuit. Qvum enim imprudenter cum Hannibale configeret<sup>1</sup>, legiones ejus in maximum periculum venerunt<sup>2</sup>. Sed Fabius, qvi non procul aberat, auxilio venit eumqve liberavit. Tanto beneficio motus<sup>3</sup> Minucius se cum Fabio conjunxit et patrem eum salutavit idemqve facere milites jussit<sup>4</sup>. Ita imperium dictatori redditum<sup>5</sup> est. Non multo post Hannibal, qvum in angusta valle castra posuisset<sup>6</sup>, a Fabio inclusus<sup>7</sup> est. Sed dolo elapsus<sup>8</sup> est. Fasces enim virgarum ad cornua boum alligatos incendit<sup>9</sup>, bovesqve in hostes egit<sup>10</sup>. Hi subito terrore perculti<sup>11</sup> fugerunt<sup>12</sup> viamqve Hannibali aperuerunt<sup>13</sup>.

## XIII.

Tertius belli annus consules habuit Aemilium Paulum et Publum Varronem, quorum alter Fabii, alter Minucii simillimus fuit. Varro, qvamqvm collega dissvaserat<sup>1</sup>, prope Cannas, ignobilem Apuliae vicum, proelium commisit<sup>2</sup>. Loci natura Romanis iniquissima, Hannibali opportunissima erat. Nam omnis regio plana est, proelio eqvestri aptissima, qvo pugnae

XII. <sup>1</sup> configo. <sup>2</sup> venio. <sup>3</sup> moveo. <sup>4</sup> jubeo. <sup>5</sup> reddo. <sup>6</sup> pono.  
<sup>7</sup> includo. <sup>8</sup> elabor. <sup>9</sup> incendo. <sup>10</sup> ago. <sup>11</sup> percocco. <sup>12</sup> fugio.  
<sup>13</sup> aperio.

XIII. <sup>1</sup> dissvdeo. <sup>2</sup> committo.

genere Hannibal Romanos superabat. Exitus docuit<sup>3</sup>, Aemilium non sine causa proelium dissvasisse. Nam illo die majorem cladem qvam umqvam antea acceperunt. Maxima exercitus pars caesa<sup>4</sup> aut capta est, Aemilius cecidit<sup>5</sup>, Varro cum qvinqaginta eqvitibus Romam effugit<sup>6</sup>. Ibi major etiam pavor qvam post cladem ad Trasumennum lacum acceptam animos tenebat<sup>7</sup>, rursusqve adventus Hannibalis exspectabatur. Sed etiamtunc moratus est. Itaqve Mahernal, praefectus eqvitum eum his verbis vituperavit: «Non omnia,» inquit<sup>8</sup>, «eidem dei dederunt<sup>9</sup>. Vincere<sup>10</sup> scis<sup>11</sup>, Hannibal, victoria uti<sup>12</sup> nescis<sup>13</sup>.» Post illud proelium pleriqve Itali, Latinis exceptis<sup>14</sup>, a Romanis defecerunt<sup>15</sup>, in primis Capua, caput Campaniae, qva in urbe opulenta et luxuriosa Hannibal hibernavit.

## XIV.

Fortuna belli, qvae ad illud tempus numqvam Hannibali defuerat, jam proximis annis ad Romanos inclinare coepit<sup>1</sup>. Complures causae ejus rei afferuntur<sup>2</sup>. Primum in Romanis firmissima constantia et summa industria erat. Itaqve qvamqvm copias augere<sup>3</sup> opus erat, captivos tamen redimere<sup>4</sup> noluerunt<sup>5</sup> et servos armaverunt. Deinde luxuria Capuae milites

<sup>3</sup> doceo. <sup>4</sup> caedo. <sup>5</sup> cado. <sup>6</sup> effugio. <sup>7</sup> teneo. <sup>8</sup> inqvam. <sup>9</sup> do.  
<sup>10</sup> vinceo. <sup>11</sup> scio. <sup>12</sup> utor. <sup>13</sup> nescio. <sup>14</sup> excipo. <sup>15</sup> deficio.

XIV. <sup>1</sup> coepi. <sup>2</sup> affero. <sup>3</sup> augeo. <sup>4</sup> redimo. <sup>5</sup> nolo.

Hannibal effeminasse dicitur, viribus corporum animaliumqve debilitatis. Denique tot proelia numerum eorum deminuerant, et post pugnam Cannensem quatuor modo millia militum ei Carthagine in supplementum missa<sup>6</sup> sunt, qvod etiam exercitus, qvi in Hispania pugnabat, augendus<sup>7</sup> erat. Eo enim Romani Publum Scipionem, eum, qvi ad Ticinum victus<sup>8</sup> erat, et Gnejum fratrem cum exercitu miserant, iique prosperrime cum Hasdrubale rem gerebant<sup>9</sup>. Contra in Sicilia Syracusae, Hierone mortuo<sup>10</sup>, a Romanis defecerunt.

## XV.

Tribus igitur in locis jam pugnabatur: in Italia, in Hispania, in Sicilia. In Italia Hannibal a Marco Claudio Marcello apud Nolam, exiguum Campaniae oppidum, bis victus est. Sed qvum egregius ille dux in Siciliam abiisset<sup>1</sup>, ut Syracusas reciperet<sup>2</sup>, Hannibal et Tarentum, opulentam Apuliae urbem, expugnavit et complures duces Romanos vicit. Sed possessio illarum trium urbium non diurna fuit. Syracusae, per tres annos obsessae<sup>3</sup>, qvamqva ingenio Archimedis, clarissimi mathematici et physici, defendebantur<sup>4</sup>, anno tamen ducentesimo duodecimo a Marcello receptae sunt. In tumultu Archimedes formas in pulvere describens a milite Romano interfectus<sup>5</sup> est.

<sup>6</sup> mitto. <sup>7</sup> augeo. <sup>8</sup> vinceo. <sup>9</sup> gero. <sup>10</sup> morior.

XV. <sup>1</sup> abeo. <sup>2</sup> recipio. <sup>3</sup> obsideo. <sup>4</sup> defendo. <sup>5</sup> interficio.

Ingens ibi praeda facta est, multaque artis opera Romanos victores deportaverunt. Proximo anno Capua a consulibus expugnata est, omnesque defectionis auctores securi percussi<sup>6</sup> sunt. Denique duobus annis post Qvintus Fabius Maximus, is, qvi dictator ante fuerat, Tarentum recepit.

## XVI.

(Synt. Regl. XX.)

Interim in Hispania Scipiones fratres, qvi per aliquot annos bellum cum Poenis feliciter gesserant<sup>1</sup>, cum toto exercitu caesi<sup>2</sup> erant eodem anno, qvo Syracusae a Romanis captae sunt. Sed proximo anno Publii filius, Publius Cornelius Scipio, eo missus est. Is necem patris et patrui ultus<sup>3</sup> est. Nam, Carthagine Nova capta et Hasdrubale acie victo, totam Hispaniam a Pyrenaeis montibus ad Herculis columnas et Oceanum recuperavit. Tum Hasdrubal magnum consilium cepit: novo exercitu comparato Alpes transcedit<sup>4</sup>, ut se cum fratre in Italia conjungeret atque ita debellaret, qvod tamen ei non contingit<sup>5</sup>. Nam Nero, alter consul, qvi in extremo Italiae angulo Hannibali oppositus<sup>6</sup> erat, castra cum delecta<sup>7</sup> manu ita reliquit<sup>8</sup>, ut hostem falleret<sup>9</sup>, seqve cum Livio

<sup>6</sup> percutio.

XVI. <sup>1</sup> gero. <sup>2</sup> caedo. <sup>3</sup> ulciscor. <sup>4</sup> transcendō. <sup>5</sup> contingit.

<sup>6</sup> oppono. <sup>7</sup> deligo. <sup>8</sup> relinquo. <sup>9</sup> fallo.

collega in Umbria conjunxit. Ibi ad Metaurum flumen proelium factum<sup>10</sup> est, et Hasdrubal circumventus<sup>11</sup> cum multis millibus hominum caesus est. Hannibal, qvum caput fratris ante castra sua projectum<sup>12</sup> conspexisset<sup>13</sup>, exclamavisse dicitur: «Agnosco<sup>14</sup>,» inquit<sup>15</sup>, «fortunam Carthaginis.» Haec facta sunt anno ducentesimo septimo.

### XVII.

Qvamqvm igitur Hannibal ipse confessus<sup>1</sup> erat, omnem victoriae spem Poenis ereptam<sup>2</sup> esse, in Italia mansit<sup>3</sup> fortiterque Romanis per complures annos restitut<sup>4</sup>. Postremo tamen illam terram relinqvere<sup>5</sup> coactus<sup>6</sup> est, in qva tot annos versatus erat totiesque hostes vicerat. Id ita factum est. Scipio, Hispania subacta<sup>7</sup>, Romam revertit<sup>8</sup> ibique consul creatus est. Sicilia tum ei provincia a senatu data<sup>9</sup> est. Inde postea in Africam trajecit<sup>10</sup>. Ibi Syphax, rex majoris partis Numidarum, qvi antea amicitiam cum Scipione fecerat eumqve hortatus erat, ut in Africam trajiceret, animum mutavit, qvod filia nobilis cuiusdam Poeni ei uxor data erat, et societatem cum Poenis init<sup>11</sup>; Masinissa contra, filius regis alterius partis Numidiae, jam antea, qvum in Hispania pro Poenis militaret, hos

<sup>10</sup> fio. <sup>11</sup> circumvenio. <sup>12</sup> projicio. <sup>13</sup> conspicio. <sup>14</sup> agnoseo.  
<sup>15</sup> inquam.

XVII. <sup>1</sup> confiteor. <sup>2</sup> eripio. <sup>3</sup> maneo. <sup>4</sup> resisto. <sup>5</sup> relinquo.  
<sup>6</sup> cogo. <sup>7</sup> subigo. <sup>8</sup> revertor. <sup>9</sup> do. <sup>10</sup> trajicio. <sup>11</sup> ineo.

prodiderat<sup>12</sup> Scipionemque in Africam vocaverat, sed post mortem patris ipse exsul factus erat. Illo adjuvant<sup>13</sup> Scipio et Poenos et Syphacem pluribus proeliis vicit, hunc etiam cepit. Tum senatus Carthaginiensis, hostium exercitu muris ipsius urbis appropinquante, Hannibalem ex Italia in patriam revocavit.

### XVIII.

Primo, qvum rediisset<sup>1</sup>, conatus est per colloquium pacem cum Scipione componere<sup>2</sup>, sed qvum condiciones ei nimis graves viderentur<sup>3</sup>, belli fortunam expertus<sup>4</sup> est, sed frustra. Qvamqvm enim optime aciem instruxit<sup>5</sup> fortissimeque pugnavit, victus tamen est a Scipione, maxime qvod elephanti Poenorū, Romanorum telis perterriti, in ipsos conversi<sup>6</sup> sunt. Id factum est ad Zamam oppidum anno ducentesimo secundo. Jam, qvum Hannibal ipse pacem svaderet<sup>7</sup>, mox facta est. Carthaginienses ex Hispania discesserunt<sup>8</sup>; naves longas, paucis exceptis, omnesque elephantes tradiderunt<sup>9</sup>; decem millia talentorum, in annos quinquaginta descripta, solverunt<sup>10</sup>; pollicitique sunt, se injussu populi Romani bellum non esse gesturos<sup>11</sup>. Masinissae Romani regnum auctum<sup>12</sup> restituerunt. Sic

<sup>12</sup> prodo. <sup>13</sup> adjuvo.

XVIII. <sup>1</sup> redeo. <sup>2</sup> compono. <sup>3</sup> videor. <sup>4</sup> experior. <sup>5</sup> instruo.

<sup>6</sup> converto. <sup>7</sup> svadeo. <sup>8</sup> discedo. <sup>9</sup> trado. <sup>10</sup> solvo. <sup>11</sup> gero.

<sup>12</sup> augeo.

finitum est atrox illud bellum anno ducentesimo primo. Scipio, cui ab illa victoria Africanus cognomen datum est, domum revertit<sup>13</sup>, triumphusque ei a senatu decretus<sup>14</sup> est.

### XIX.

Romani Poenos rursus vicerant iisque omnes terras ademerant<sup>1</sup>, quas extra Africam habuerant, neque tamen desierunt<sup>2</sup> illum populum timere<sup>3</sup>, id quod non multo post apparuit. Hannibal, cui post finem belli summus magistratus mandatus erat, omni ratione patriae prodesse conatus est, in primis curavit, ut aerarium plenum pecuniae esset. Sed nobiles, quorum potentiam diminuerat, Romanum nuntiaverunt, missos esse nuntios litterasque ab Hannibale ad Antiochum, regem Syriae, bellum adversus Romanos parantem, et ab rege ad eum clam legatos venisse<sup>4</sup>. Tum senatus Romanus, repugnante Scipione, decrevit<sup>5</sup>, ut legati Carthaginem mitterentur postulatum, ut ille dederetur<sup>6</sup>. Hannibal, quum id cognovisset<sup>7</sup>, navem clam concendit<sup>8</sup> et ad Antiochum fugit<sup>9</sup>. Ab eo benigne exceptus<sup>10</sup> est neque tamen ei potuit persuadere<sup>11</sup>, ut exercitum in Italiam transportaret ibique Romanos aggredieretur<sup>12</sup>. Antiochus, exercitu in Graeciam trajecto, primum ad Ther-

<sup>13</sup> revertor. <sup>14</sup> decerno.

XIX. <sup>1</sup> adimo. <sup>2</sup> desino. <sup>3</sup> timeo. <sup>4</sup> venio. <sup>5</sup> decerno.

<sup>6</sup> dedo. <sup>7</sup> cognosco. <sup>8</sup> concendo. <sup>9</sup> fugio. <sup>10</sup> excipio. <sup>11</sup> persuadeo. <sup>12</sup> aggredior.

mopylas a Romanis victus est, deinde quum in Asiam rediisset, a Lucio Scipione, fratre Africani, non procul a Smyrna superatus et pacem facere coactus<sup>13</sup> est. Praeter alia promisit<sup>14</sup>, se Hannibalem Romanis traditurum<sup>15</sup> esse, sed Hannibal elapsus<sup>16</sup> est. Mox tamen, quod Romani eum nusquam consistere<sup>17</sup> sinebant<sup>18</sup>, venenum sumpsit<sup>19</sup>, quod semper secum habebat, ne in manus inimicissimorum veniret. Id factum est anno centesimo octogesimo tertio, quo anno etiam Scipio Africanus mortuus<sup>20</sup> est.

### XX.

Romani etiam post mortem Hannibalis Carthaginem metuebant<sup>1</sup>. Nam agricultura et mercatura urbs rursus creverat<sup>2</sup>. Maxime Cato, nobilis Romanus, inexpibili odio in Poenos flagrabat. Quum ipse Carthaginem fuisse suisque oculis opulentiam urbis vidisset<sup>3</sup>, semper in senatu dicere solebat<sup>4</sup>, etiam quum de alia re agebatur<sup>5</sup>: «Praeterea censeo<sup>6</sup>, Carthaginem esse delendam»<sup>7</sup>. Causa bellum Poenis inferendi<sup>8</sup> mox Romanis oblata<sup>9</sup> est. Masinissa, rex Numidarum, quem supra commemoravimus, Poenos semper vexaverat, neque eum prohibere potuerant sibi partem agrorum adimere<sup>10</sup>.

<sup>13</sup> cogo. <sup>14</sup> promitto. <sup>15</sup> trado. <sup>16</sup> elabor. <sup>17</sup> consisto. <sup>18</sup> sino.

<sup>19</sup> sumo. <sup>20</sup> morior.

XX. <sup>1</sup> metuo. <sup>2</sup> cresco. <sup>3</sup> video. <sup>4</sup> soleo. <sup>5</sup> ago. <sup>6</sup> censeo.

<sup>7</sup> deleo. <sup>8</sup> infero. <sup>9</sup> offero. <sup>10</sup> adimo.

Nam secundum superiorem cum Romanis factam pacem illis non lieuit<sup>11</sup> injussu Romanorum bellum gerere<sup>12</sup> neqve qvidqvam proficiebant, qvum apud Romanos, Masinissae amicissimos, qverebantur<sup>13</sup>. Tandem, qvum Masinissa rursus fines aggressus<sup>14</sup> esset, armis se defenderunt<sup>15</sup>, sed ab illo sene bellicosissimo victi sunt. Ea re Romam nuntiata, senatus censuit, pacem ab Carthaginiensibus esse ruptam<sup>16</sup>, et exercitus consulibus ducibus in Africam missus est.

## XXI.

Poeni, qvum consules in Africam transiissent urbi-  
que appropinquarent, spe pacis adducti classem et arma  
tradiderunt<sup>1</sup>, sed qvum id fecissent, Romani postulaver-  
runt, ut omnes incolae antiquam urbem relinqverent<sup>2</sup>  
et novam procul a mari conderent<sup>3</sup>. Tum populus indi-  
gnatione et ira incensus<sup>4</sup> «Ad arma!» clamavit. Ita  
tertium bellum Punicum ortum<sup>5</sup> est anno centesimo  
quadragesimo nono, qvo anno viri illi populo inimi-  
cissimi Masinissa et Cato mortui<sup>6</sup> sunt. Poeni, ut  
urbem defenderent, omnia fecerunt: ut novam classem  
pararent, tecta domuum resciderunt<sup>7</sup>; in armorum  
officinis aurum et argentum pro aere ferroque conflatum  
est; qvum inopia funium esset, matronae crines suos

<sup>11</sup> licet. <sup>12</sup> gero. <sup>13</sup> qveror. <sup>14</sup> aggredior. <sup>15</sup> defendo. <sup>16</sup> rumpo.

XXI. <sup>1</sup> trado. <sup>2</sup> relinqvo. <sup>3</sup> condo. <sup>4</sup> incendo. <sup>5</sup> orior.

<sup>6</sup> morior. <sup>7</sup> rescindo. <sup>8</sup> confero.

contulerunt<sup>8</sup>. Diuqve Romanis restiterunt<sup>9</sup>, sed tertio  
belli anno Publius Cornelius Scipio, nepos illius Scipionis  
Africani, qvi Hannibalem apud Zamam vicerat, consul  
fuit. Is, qvum in Africam venisset, Carthaginem ob-  
sedit<sup>10</sup> et postremo cepit, unde idem cognomen ei  
datum<sup>11</sup> est, qvod avo fuerat. Incolarum, qvorum  
numerus dicitur fuisse septingenta millia, plerique aut  
ferro hostium aut igne perierunt<sup>12</sup>. Per decem et  
septem dies continuos magna urbs arsit<sup>13</sup>. Ita tertium  
bellum Punicum confectum<sup>14</sup> est anno centesimo qua-  
dragesimo sexto. Carthago ex urbium numero deleta<sup>15</sup>  
est et terra circumjecta<sup>16</sup> provincia Romana facta est,  
qvae Africa appellata est.

---

<sup>8</sup> confero. <sup>9</sup> resisto. <sup>10</sup> obsideo. <sup>11</sup> do. <sup>12</sup> pereo. <sup>13</sup> ardeo.

<sup>14</sup> conficio. <sup>15</sup> deleo. <sup>16</sup> circumjicio.

---

## FORMLÆRE.

---

### Om Udtalen.

Vocalerne **æ** og **ø** skrives **æ** og **œ**, f. Ex. mensae, coena. Naar **æ** og **œ** skulle læses i to Stavelser, skrives **aæ** og **oœ**, f. Ex. aær (*Luft*); poëta.

**C** udtales rettest overalt som **k**, men de fleste udtale det som **s** foran **e**, **i**, **y**, **æ**, **œ**, som **k** for **a**, **o**, **u** og alle Consonanter.

**Ch** udtales som **k** og **ph** som **f**.

---

Tonen (Accenten) ligger aldrig paa sidste Stavelse. I Tostavelsesord hviler den altsaa altid paa første (næstsidste) Stavelse, f. Ex. scriba, ager, i Flerstavelsesord paa næstsidste Stavelse, naar denne er lang, men naar den er kort, paa trediesidste.

En Diphthong er altid lang, f. Ex. incantus, i hvilket Ord Tonen altsaa ligger paa næstsidste Stavelse.

En Vocal efterfulgt af en anden Vocal er i Almindelighed kort, f. Ex. bestia, i hvilket Ord Tonen altsaa ligger paa trediesidste Stavelse.

En Vocal efterfulgt af to eller flere Consonanter er lang, f. Ex. magister, juventus, i hvilke Ord Tonen altsaa ligger paa næstsidste Stavelse.

En Vocal efterfulgt af en enkelt Consonant er kort i nogle Ord og lang i andre. Er den kort, kan dette betegnes ved Tegnet  $\sim$ , er den lang, ved —, f. Ex. dominus, agricōla, opportūnus, humānus.

---

### § 1.

#### Substantivernes Declination.

##### Første Declination.

	Singularis	Pluralis
Nominativ	mensā, <i>et Bord</i>	mensae
Vocativ	mensā	mensae
Accusativ	mensam	mensas
Genitiv	mensae	mensārum
Dativ	mensae	mensis
Ablativ	mensā	mensis.

